UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

9. De cœlesti conversatione, quæ in Christi vulneribus reperitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

CONSIDERATIO VIII.

De affectu Admirationis,

Quem Vulnera Chriſti cauſant.

Habac. 3. 1. CUm Prophetæ Habacuc reuelatum fuiſſe[t]
Crium vulnerum Chriſti (*cornua in mani[bus]*
eſt in cornibus Crucis confixa ſunt Manus Chri[sti]
mauit: *Timui* (timore reuerentiali) vel, vt a[lii]
Expaui, extra me factus ſum præ ſtupore & ad[miratione].
2.2. q.180. art.3. Quod ſi admiratio *eſt actus voluntatis, con[sequens]*
prehenſionem obiecti excedentis noſtram [...]
quodcunque eſt in vulneribus Chriſti, noſtra[m]
ſuperatque capacitatem: dignitas Perſonæ, [...]
plicii, acerbitas pœnæ, magnitudo amoris & [...]
finitudo.

2. Sit autem hæc admiratio affectiua & [...]
tiua: *Admirari & Transformari. Omnes* [...]
ſed non omnes conuertebantur. Admirabant[ur]
Chriſti, ſed non ſequebantur exempla. [...]
S. Bernard. mirabilium Chriſti *admirarentur ſi imita[...]*
entiam & Charitatem Chriſti. *Noli viuere* [...]
re, dum Chriſtum vides vulneratum.

3. Hunc affectum admirationis exerceba[t]
ma Virgo Maria, *quando ſtabat iuxta Crucem* [...]
Caiet.3.p. q.27.a.1. plando vulnera Filii. *Vacabat*, inquit Caie[tanus]
templationi admiratiua, conferendo ſumma [...]
cum infirmis. Hærebat in exceſſu admiratio[nis]
rendo Gloriam Diuinitatis Chriſti cum pa[...]
nitatis.

CONSIDERATIO IX.

De cœleſti conuerſatione,

Quæ in Chriſti vulneribus reper[itur].

1. TAnta eſt inter domicilium vulnerum & [...]
um Cœli vnio, conformitas, & corre[spondentia]
vt qui in vno eſt, etiam reperiatur in altero, [...]
ter vulnerum arctat anguſtias, dilatat quoque [...]
plis & deliciofis Cœli campeſtribus. Delic[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

à Deo petiit intrare in Glorian Paradiſi, & Diui-nam videri faciem; at ei reſponſum fuit à Domino: *Ecce locus apud me, ponam te in foramine petræ.* q d. Ut videas, capies domicilium meo proximum in petra perforata, quæ Dominum vulneratum ſignificat. Ete-nim ex humilitate vulnerum cognoſcitur Maieſtas Glo-riæ: *& poſteriora non facies*; quia *per fidem, & non per ſpeciem.* Itaque ſecuro paſſu ex vno diuerſorio tranſi-tur in aliud: quique habitat in vulneribus, in cœlo pari-ter habitat & conuerſatur. Exod. 33.

2. Sed quid mirum eſt deuotum vulnerum ciuem conuerſari in cœlo: cùm conuerſatio conformetur ſta-tui? & virtus horum vulnerum deuoto eorum cultori conferat ſtatum ſuperhumanum, imò Angelicum, imò Diuinum: *Suum mediatorem alienat, & non ſolum facit Angelicum, ſed Diuinum.* Viue itaque fœlix in vulne-ribus ſtatus cœleſtis & propter ſtatum, & propter con-uerſationem. S. Bonav. Stim. c. 1.

3. Legimus Simeonem ſtilitam immerſum in vulne-ra Chriſti penè hominem exuiſſe, & mutaſſe ſubſtan-tiam & ſtatum humanum: exceſſerat humanas vi-res, quando *immoto corpore & animo* pedibus ſuis totos dies, & noctes, & annos inter frigora & æſtus ſtetit. Et conuerſatio correſpondebat ſtatui: nam vt in eius vita legitur: *aſſiduè cœlum ſpectabat.*

Consideratio X.

Quod in Vulneribus Chriſti relucent Angelicæ Hierarchiæ.

1. Relucent in vulneribus Chriſti Angelicæ Hierar-chiæ omnes; Ac primò, Seraphinorum, Cheru-binorum, & Thronorum: quia in vulneribus elucet *omnis Charitatis perfectio, omnis ſcientiæ plenitudo & Throni veneratio.* In vulneribus Chriſti locauit Deus thronum ſuæ gloriæ, & in iiſdem iudicabit Mundum in die Iudicii. *Apparebit Dominus Ieſus cum Vulneribus ſuis, & clamabit dicens: Videte, qualem à vobis, & in vo-bis, & pro vobis paſſus ſum, & tamen ingrati omnia con-temſiſtis, & pro nihilo pœnam, & ignominiam meam duxiſtis; Ite ergò maledicti in ignem æternum.* S. Bonav. p. 1. Stim. c. 2.